**Q**uā. **R.** inde p̄fecti p̄tergredebant<sup>9</sup> et **J.** ābulabat p<sup>9</sup> hoc ihs i galileā **Nec** **R.** volebat quēqz scire **Nō** **J.** ei volebat ābulare in iudeā qz q̄rebant eū iudei inficere **E**rat ei in p̄rio dies fest<sup>9</sup> iudeoz scenopheia. **Dixerūt** at ad eū frēs ei<sup>9</sup> **T**rāsi hinc et vade i iudeā vt et discipuli tui videāt opa q̄ tu facis. **Nemo** q̄ppe i occulto aliqd̄ facit et q̄rit ip̄e in palā eēsi h̄ facis manifestā teipz mūdo. **Nec** ei frēs ei<sup>9</sup> credebāt in eū **Dixit** ergo eis ihs; tps̄ meū nō dū aduenit. tps̄ at vestz sp̄ est parū **Nō** p̄t mūd<sup>9</sup> odisse vos. me at odit. qz testionuz phibeo de illo qz opa ei<sup>9</sup> mala sunt. **V**os ascēdite ad diē festū hñc. ego at nō ascēdā ad diē festū istū. qz tps̄ meū nō dū ipletū ē **Hec** cū dixisset ip̄e mās i galilea. **C**ōuersantibz **D.** at eis in galilea docebat. **R.** discipulos suos **D.** dixit. **R.** illis iesus **F**ilius hoīs tradēdus est in man<sup>9</sup> hoīm et occidēt eū et occisus **R.** tertia die resurget. **A**t **L.** illi ignorabāt verbū istū. et erat velatus an̄ eos vt nō sentirēt illū. et **L.** timebāt. **R.** eū interrogare de hoc verbō et tristati **D.** sunt vehementer **At** **J.** at ascendēt frēs ei<sup>9</sup> tunc et ip̄e ascendit ad diē festum. non

## Monotesseron siue

manifeste, sed quasi in occulto. Iudei ergo querebant eum in die festo, et dicebant. **Ubi est ille?** Et murmur multum erat de illo in turba. Quidam enim dicebant quia bonus est. Alii autem dicebant non, sed seducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de eo propter metum iudeorum. **Iam autem die festo** mediante ascendit Iesus in templum docere, et mirabantur iudei dicentes. **Quomodo hic litteras scit cum non didicerit?** Respondit eis Iesus et dixit. **Haec doctrina non est mea, sed eius qui misit me.** Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscat de doctrina virum ex deo sit: an ego a meipso loquar. **Qui a semetipso loquitur gloriam propriam querit.** Qui autem querit gloriam eius qui misit illum: hic verus est in iusticia in illo non est. **Hone.** Moyses dedit vobis legem: et nemo ex vobis facit legem. **Quid me queritis interficere?** Respondit ei turba et dixit. **Deum non habes.** Quis te querit interficere? **Rndit ei Iesus, et dixit eis.** Unum opus feci et omnes miramini: propterea moyses dedit vobis circumcisionem: non quia ex moyse est, sed ex patribus. **Et in sabbato circumcidetis hominem.** Si circumcisionem accipit homo in sabbato ut non soluat legem moysi, mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbato. **Nolite iudicare secundum faciem sed iustitiam iudicate.** Dicebant ergo quidam ex hierosolymis. **Hone** hic est quem querunt interficere. **Ecce palam loquitur: et nihil ei dicunt.** Nunquam vere cognouerunt principes quia hic est christus. **Sed hunc scimus unde sit: christus autem cum venerit nemo scit unde sit.** **Clamabat ergo docens in templo Iesus, et dicens.** Et me scitis, et unde sum scitis: et a meipso non veni, sed est verus qui misit me quem vos nescitis. **Ego autem scio eum.** Et si dixeris quia nescio eum, ero similis vobis mendax: sed scio eum quia ab ipso sum: et ipse me misit. **Querebant ergo eum apprehendere: et nemo misit in illum manus: quia nondum venerat hora eius.** **De turba autem multi crediderunt in eum.** **Et dicebant: christus cum venerit, nunquam plura signa faciet quam que hic facit.** **Audierunt pharisei turbam murmurantem de illo hic.** **Et miserunt pharisei et principes ministrum ut apprehederent eum.** **Dixit ergo Iesus.** **Adhuc modicum tempus vobiscum sum: et vado ad eum qui misit me: queritis me, et non inuenietis. Et ubi sum ego, vos non potestis venire.** **Dixerunt ergo iudei ad seipso**

**Quo hic iturus est: quia non inueniemus eum?** **Nunquam in dispersione gentium iturus est: et dicitur gētes: Quis est hic sermo quem dixit. Queritis me, et non inuenietis: et ubi sum ego, vos non potestis venire.** **In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus, et clamabat dicens.** **Si quis sitit, veniat ad me et bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura: flumina de ventre eius fluent aquae vine.** **Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi eratis credentes in eum.** **Nondum enim erat spiritus datus: quia Iesus nondum fuerat glorificatus.** **Et illa ergo turba cum audissent hos sermones eius dicebant.** **Hic est vere propheta.** **Alii dicebant: hic est christus.** **Quidam autem dicebant.** **Nunquam a galilea christus venit.** **Nonne scriptura dicit quia ex semine dauid, et de bethleem castello ubi erat dauid, venit christus?** **Dissensio itaque facta est in turba propter eum.** **Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum: sed nemo misit super illum manum.** **Venerunt ergo ministri ad pontifices et phariseos: et dixerunt eis illi.** **Quare non adduxistis eum?** **Rnderunt isti.** **Nunquam sic locutus est homo sicut hic homo loquitur.** **Rnderunt ergo eis pharisei.** **Nunquam et vos seducti estis?** **Nunquam aliquid ex principibus et phariseis credit in eum: sed turba haec**

que non nouit legem male. **Nota quod nicodemus iam venerat.** **Dixit nicodemus iam ad eos.** **Ille qui venit ad eum nocte qui vnus erat ex ipsis.** **Nunquam lex nostra iudicat hominem nisi audierit ab ipso prius, et cognouerit quid faciat.** **Respondenter dixerunt ei.** **Nunquam et tu galileus, scrutare scripturas: et vide quia propheta a galilea non surgit.** **Et reuersi sunt vnusquisque in domum suam.**

**De muliere dephensa in adulterio. Jo. viij. Capitul. lxxvij.**

**I**esus autem prexit in montem oliueti, et diluculo iterum venit in templum, et omnis populus venit ad eum, et sedes docerebat eos. **Adducunt autem scribe et pharisei mulierem in adulterio dephensam, et statuerunt eam in medio, et dixerunt ei.** **Magister haec mulier modo dephensa est in adulterio. In lege autem mandauit nobis dominus homo lapidare.** **Tu ergo quid dicis?** **Haec autem dicebant tentantes eum, ut possent accusare eum.** **Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra.** **Cum autem pseueraret interrogantes eum, rexit se, et dixit eis.** **Qui sine peccato velitrum est, primus in illam lapidem**

## Unum ex quatuor

mittat. Et iterū se inclinans scribebat in terra. Audiētes autē vnus post vnū exibat incipiētes a senioribz: remāsit sol⁹ ⁊ mulier in medio stās. Erigens autē se Iesus dixit ei. **V**ulteribi sunt q̄ te accusabāt? Nemo te condēnauit? **Q**ue dixit. Nemo domine. **D**ixit autē ei Iesus. **N**ec ego te condēnabo; vadēz amplius noli peccare.

### De verbis christi in gazophilatio. J. viij. Cap. lxxix.

**I**terū ergo locut⁹ est eis iesus dicēs. **E**go sum lux mūdi: qui seq̄tur me nō ambulat in tenebris: sed hēbit lumē uite. **D**ixerunt ergo ei pharisēi. **T**u de teipso testimoniū phibes: testimoniūz tuū nō est verū. **R**ndit iesus: ⁊ dixit eis. **E**t si ego testimoniū phibeo de meipso. verū est testimoniū meū: q̄ scio vnde veni ⁊ quo vado: vos autē nescitis vñ venio. aut quo vado. **V**os sm carnē iudicatis: ego autē nō iudico quēq̄. **E**t si iudico ego: iudicium meū verū est: quia solus nō sum. ⁊ ego ⁊ qui misit me pater. **E**t in lege vestra scriptū est: q̄ duoz hominū testimoniū verū est. **E**go sum q̄ testimoniū phibeo de me: ⁊ metipso: ⁊ testimoniū phibet de me. q̄ me misit pater. **D**icebāt ergo ei: vbi est pater tuus? **R**spōdit Iesus. **N**eq̄ me scitis: neq̄ patrē meū. **S**i me sciretis: forsitan ⁊ patrē meū sciretis. **D**e verba locut⁹ est in gazophilatio docēs in templo: ⁊ nemo app̄hendit eū: q̄ nondū venerat hora eius.

### De alio sermone christi ppter quē voluerūt iudei eū lapidare. Jo. viij. Cap. lxxx.

**D**ixit ergo iterū eis. **E**go vado ⁊ q̄ retis me. ⁊ in pctō vestro moriemini: quo ego vado vos nō potestis venire. **D**icebāt ergo iudei. **N**unquā interficiet se metip̄: q̄ dicit quo ego vado. vos nō potestis venire? **E**t dicebat eis. **V**os deoz sum estis: ego de sup̄ius sum. **V**os de mundo hoc estis: ego nō sum de mūdo hoc. **D**ixit ergo vobis q̄ moriemini in pctis vestris. **S**i enī nō credideritis. q̄ ego sum: moriemini in peccato vestro. **D**ixerūt ergo ei. **T**u quis es? **D**ixit eis Iesus. **P**rincipiū: qui ⁊ loquor vobis: mlt̄a habeo de vobis loqui ⁊ iudicare: sed q̄ me misit verax est. ⁊ ego que audiri ab eo hec loquor in mundo: ⁊ nō cognouerūt: quia patrē eis dice-

bat deū. **D**ixit ergo eis Iesus. **C**ū exaltaueritis filiū hominis: tūc cognoscetis. quia ego ipse sum: ⁊ a me metipso facio nihil. **E**t sicut docuit me pater hec loquor: ⁊ q̄ misit me mecū est. et nō reliquit me solū: quia q̄ placita sunt ei facio semp̄: hec illo loquēte multi crediderūt in eum. **D**icebat ergo iesus ad eos q̄ crediderūt ei iudeos. **S**i vos māseritis in sermone meo. vere discipuli mei eritis: ⁊ cognoscetis veritatē: ⁊ veritas liberabit vos. **R**esponderūt ei. **S**emen abrae sumus: ⁊ nemini seruiim⁹ vñq̄: q̄ modo tu dicis liberi eritis? **R**spōdit eis Iesus. **A**men amē dico vobis: q̄ om̄is q̄ facit peccatū. seru⁹ est peccati: seru⁹ autem nō manet in domo in eternū: fili⁹ manet in eternū. **S**i ergo filius vos liberabit: vere liberi eritis. scio quia filij abrae estis: ⁊ queritis me interficere: quia s̄mo me⁹ non capit in vobis. **E**go quod vidi apud patrē loquor: ⁊ vos que vidistis apud patrē vestrū faciatis. **R**esponderūt et dixerunt ei. **P**ater noster abraa est. **D**icit eis Iesus. **S**i filij abrae estis: opa abrae facite. **N**ūc autē queritis me interficere: hominē qui veritatē vobis locutus sum quā audiri a deo: hoc abraa nō fecit. **V**os facitis opa patris vestri. **D**ixerūt ergo ei. **N**os ex fornicatōne nō sumus nati: vñ patrē habemus deū. **D**ixit ergo eis Iesus. **S**i deus pater vester esset: diligeretis vtiq̄ me. **E**go enim ex deo pcessi: ⁊ veni: neq̄ enī a meipso veni: sed ille me misit: quare loquelā meam nō cognoscitis? **Q**uia nō potestis audire sermonē meū. **V**os ex patre diabolo estis: ⁊ desideria patris vestri vultis facere. **I**lle homicida erat ab initio: et in veritate nō stetit: quia nō est veritas in eo: cū loq̄tur mendaciū ex proprijs loq̄tur: q̄ mendax est: pater eius. **E**go autē quia veritatem dico: nō creditis mihi. **Q**uis ex vobis arguet me de peccato? **S**i veritatē dico: q̄ re non creditis mihi? **Q**ui est ex deo verba dei audit: p̄terea vos nō auditis: quia ex deo nō estis. **R**esponderūt ergo iudei ⁊ dixerunt ei. **N**onne benedicim⁹ nos quia samaritanus es: tuz demoniū habes? **R**espondit Iesus. **E**go demoniū nō habeo. sed honorifico patrē meū: ⁊ vos inhonorastis me. **E**go autē nō quero gloriā meam: est qui querat: ⁊ iudicet. **A**men amen dico vobis. **S**i quis sermonē meū seruauerit: mortē nō videbit in eternū. **D**ixit

## Monotesseron siue

ergo iudei. **A**nunc cognouim⁹ quia demoniū habes. **A**braā mortu⁹ est et prophete: et tu dicis si quis sermonē meū seruauerit mortē non gustabit in eternū. **N**ūquid tu maior es patre nostro **A**braā qui mortu⁹ est: et prophete mortui sunt; quē tu teipm facis? **R**espōdit **J**esus. **S**i ego glorifico meipm: gloria mea nihil est. **E**st pater meus qui glorificat me: quē uos dicitis quod deus noster est: et nō cognouistis eū: ego autem noui eū. **E**t si dixero nescio eū: ero similis uobis mendax: sed scio eū: et sermonē eius seruo. **A**braā pater uester exultauit ut uideret diē meū: uidit et gauisus est. **D**ixerunt ergo iudei ad eū. **Q**uinquaginta ānos nondū habes: et **a**braam uidisti? **D**ixit ergo eis. **A**men amē dico uobis: anteq̄ **a**braam fieret ego sum. **T**ulerūt ergo lapides: ut iacerēt in eum. **J**esus autem abscondit se: et exiit de templo.

### De ceco nato J. ii.

**C**apitulum. lxxi.  
**E**t prateriens uidit hoīem cecum a natiuitate. **E**t interrogauerūt eū discipuli sui **R**abbi. **Q**uis peccauit hic an parētes eius ut cec⁹ nasceret? **R**ndit **J**hs. **N**eq; hic peccauit neq; pntes ei⁹: sed ut manifestent̄ opa dei in illo. **D**e oportet opari opa eius qui misit me donec dies ē. **U**enit nox quando nemo potest opari: q̄s diu sum in mūdo lux sum mūdi. **D**oc cū dixisset expuit in terrā: fecit lutū ex sputo: et linxit lutū sup oculos eius: et dixit ei. **U**ade: laua in **n**aratoria **s**ylōe quod interpretat̄ missus. **A**bijt ergo et lauit: et uenit uidēs. **I**acq; vicini et qui uiderant eum prius quod medicus erat dicebāt. **N**ōne hic est qui se debat et mendicabat? **A**lij dicebant quod hic est. **A**lij autē / nequaquē: sed similis eius est. **I**lle uero dicebat. quod ego sum. **D**icebāt ergo ei. **Q**uomō aperti sunt tibi oculi? **R**ndit. **I**lle homo qui dixit **J**esus lutū fecit: et uixit oculos meos: et dixit mihi. **U**ade ad **n**aratoria **s**ylōe: et laua: et abijt: et laui: et uideo. **D**ixerūt ei. **U**bi est ille? **A**it. nescio. **A**dducunt eū ad phariseos. qui cec⁹ fuerat. **E**rat autē sabbatū quādo lutū fecit **J**esus: et aperuit oculos eius. **I**terū ergo interrogabāt eū pharisei quomodo uidisset. **I**lle autem dixit eis. **L**utū posuit mihi sup oculos: et laui: et uideo. **D**icebāt ergo ex phariseis quidam. **N**on est hic homo a deo: qui sabbatū

non custodit. **A**lij dicebāt. **Q**uomodo potest homo peccator hec signa facere? **E**t scilicet ma erat inter eos. **D**icūt ergo ceco iterum. **T**u quod dicis de eo qui aperuit tibi oculos tuos? **I**lle autē dixit quia propheta est. **N**ō crediderūt ergo iudei de illo quod cecus fuisset: uidisset: donec uocauerūt pentes eius qui uiderat. **E**t interrogauerūt eos dicētes. **H**ic filius uester est quē uos dicitis. quod cecus natus est: quomō ergo nunc uidet? **R**nderunt ergo eis pentes ei⁹ et dixerunt. **S**cimus quod hic est filius noster: et quod cec⁹ natus est: quomō autē nunc uideat nescim⁹: aut quis aperuit oculos ei⁹? nos nescim⁹: ipsum interrogate. et tūc habet ipse de se loquat̄. **D**ec dixerūt pentes eius: quod timebāt iudeos. **I**am enī cōspirauerāt iudei. ut si quis confiteret̄ eū esse christū: extra **s**ynagoga fieret: propterea pentes ei⁹ dixerūt: et tūc habet ipm interrogate. **U**ocauerunt ergo rursum hoīem qui cec⁹ fuerat: et dixerūt ei. **D**a gloriā deo. **N**os scim⁹ quia hic homo peccator est. **D**ixit ergo ille: si peccator est. nescio. **U**nū scio: quod cum cecus essem modo uideo. **D**ixerūt ergo illi. **Q**uid fecit tibi: quomodo apuit tibi oculos? **R**ndit eis. **D**ixi uobis iam et audistis. **Q**uid iterum uultis audire? **N**unquid et uos uultis discipuli eius fieri? **M**aledixerūt ei: et dixerūt. **T**u discipulus illius sis: nos autē moysi discipuli sumus. **N**os scim⁹ quia moysi locutus est deus. **H**unc autē nescimus uñ sit. **R**ndit ille homo: et dixit eis. **I**n hoc mirabile est. quia uos nescitis: unde sit: et aperuit oculos meos. **S**cim⁹ autē quod peccatores deus nō audit: sed si quis dei cultor est: uoluntatē eius facit: hūc deus exaudit. **A** seculo nō est auditus: quia quōs aperuit oculos ceci nati: nisi esset hic a deo: nō poterat facere quicquid. **R**esponderūt et dixerūt ei. **I**n peccatis nati es totus: et tu doces nos? **E**t eiecerūt eum foras. **A**udiuit **J**esus quia eiecerūt eum foras: et cū inuenisset eū dixit ei. **T**u credis in filiū dei? **R**espondit ei et dixit. **Q**uis est dñs: ut credā in eū? **D**ixit ei **J**esus. **E**t uidisti eū: et qui loquitur tecum ipse est. **A**t ille ait. **C**redo domine: **E**t peccator adorauit eū. **E**t dixit ei **J**esus. **I**n iudicium ego ueni in hūc mundū: ut qui nō uident uideāt: et qui uident ceci fiant. **E**t audierūt ex phariseis qui cū ipso erant: et dixerūt ei. **N**unquid et nos ceci sumus? **D**ixit eis **J**esus: si ceci eētis nō haberetis peccatū.



## Unum ex quatuor

Nunc vero quia dicitis quia videm? peccatum vestrum manet.

### De sermone christi I. Ego sum pastor bonus. Johan. x.

**C**apitulum. lxxxiij.  
**H**en amen dico vobis: qui non intrat per ostium in ovile ovium: sed ascendit aliunde: ille fur est et latro. Qui autem intrat per ostium: hic pastor est ovium: huic ostiarius aperit oves vocem eius audiunt: propterea oves vocat nomine et educit eas. Et cum propterea oves emisit: vadit ante eas: et oves illi sequuntur quia sciunt vocem eius. Alienum autem non sequuntur: sed fugiunt ab eo: quia non novērunt vocem alienorum. Hoc pro verbum dixit eis Iesus. Illi autem non cognoverunt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Iesus. Amen amen dico vobis: quia ego sum ostium ovium. Omnes quoties venerunt: fures sunt et latrones: sed non audierunt eos oves. Ego sum ostium: per me si quis introierit: salvabitur et ingredietur et egredietur: et pascua inveniet. Fur autem non venit: nisi ut furem et mactet: et perdat. Ego veni ut vitam habeant et abundantius habeant. Ego sum pastor bonus: bonus pastor dat animam suam pro ovibus suis. Mercenarius autem et qui non est pastor: cui non sunt oves proprie: videt lupum venientem: et dimittit oves et fugit: et lupus rapit et dispergit oves. Mercenarius autem fugit quia mercenarius est: et non prinet ad eum de ovibus. Ego sum pastor bonus: et agnosco oves meas: et agnoscunt me mee. Sic novit me pater: et ego agnosco patrem et vitam meam pono pro ovibus meis. Et alias oves habeo que non sunt ex hoc ovile: illas oportet me adducere: vocem meam audient: et unum ovile et unus pastor: propterea me pater diligit: quia ego pono animam meam: et iterum sumam eam. Nemo tollit eam a me: sed ego pono eam a meipso: prateram habeo ponendi animam meam: potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi a patre meo: Dissensio iterum facta est inter iudeos: propter sermones hos. Dicebant autem multi ex his. Demonium habet et insanit: quid enim auditis? Alii dicebant: hec verba non sunt demonium habentis. Nunquid demonium potest celorum oculos aperire?

### De solutione didragmatis. D. xvij. R. ix.

**C**apitulum. lxxxiij.  
**T. R.** venerunt capharnaum et cum venissent. **D.** capharnaum accesserunt qui didragma accipiebant ad Petrum et dixerunt ei: Magister vester non solvit didragma. **E. R.** Et ait. Et cum intrasset in domum: prevenit eum Iesus dicens. Quid tibi videtur Simon? Reges terre a quibus accipiunt tributum vel censum: a filiis suis an ab alienis? **E. R.** Et ille dixit. Ab alienis. **E. R.** Et dixit ei Iesus. Ergo liberi sunt filii. **U.** Et autem non scandalizemus. **U.** Vade ad mare: mitte hamum: et eum piscem qui primus ascenderit tollit: aperto ore eius. Invenies staterem: illum sumes da eis pro me et te.

### De contentione discipulorum quis eorum videret esse maior et de doctrina christi. D. xvij. R. ix. L. ix.

**C**apitulum. lxxxiij.  
**I.** Illa hora intravit. **L.** in eos cogitatio: quis eorum videret esse maior. **A.** Et Iesus videns cogitationes cordis eorum cum. **R.** domi esset interrogabat eos. Quid in via tractabatis? At illi tacebant. **S.** Siquidem in via inter se disputaverat: quis esset illorum maior. **A.** Accesserunt. **D.** discipuli ad Iesum dicentes. Quis putas maior est in regno celorum? **E. R.** et residens vocavit duodecim: et ait illis. Siquis vult primus esse: erit omnium novissimus et omnium minister. **E. R.** **D.** aduocans Iesus parvulum accipiens. **R.** apprehendit. **L.** et statuit. **D.** eum secus se in medio. **D.** eorum. **Q.** quem. **R.** cum compleretur esset: ait illis. Amen. **D.** dico vobis: Quis si conversus fuerit: efficiamini sicut parvulus: et non intrabit in regnum celorum. Quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste: hic maior est in regno celorum. **E.** et qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo: me suscipit. **E. R.** quicumque me susceperit: non solum me suscipit: sed eum qui misit me: Nam qui minor. **L.** est inter vos omnes: hic maior est. **Q.** **D.** autem scandalizaverit unum de pusillis istis minimis qui in me credunt: expedit bonum. **R.** est ei magis ut **D.** suspendatur mola asinaria in collo eius: et dimergat in profundum maris. **U.** Ne mundo a scandalis. **A.** Accessit enim ut veniat scandalum: verumtamen ve homini illi pro quem scandalum venit. **S.** **D.** autem. **R.** manus tua scandalizat te: abscide eam et proijce abs te.

# Monotesseron siue

**B**onum. **R.** est tibi debilem vel claudum.  
**D.** introire in vitam. **q̄s** duas manus vel  
duos. **D.** pedes habentē mittit ire in ge  
bennā ignem. **D.** eternū inextinguibile  
**R.** vbi vermis eorū non morit̄ et ignis nō  
extinguit̄. **E**t si pes tuus scādalizat te: am  
puta illum; bonus est tibi claudū intrare  
in vitam eternā. **q̄s** duos pedes habentē  
mitti in gebennā ignis inextinguibilis vbi  
vermis eorū non morit̄ et ignis nō extin  
guitur. **E**t **D.** si oculus tuus scādalizat te:  
erue eum et proiice abs te. **Bonū.** **R.** est tibi  
lusco cū **D.** vno oculo vitam intrare re  
gnū. **R.** det̄ **q̄s** duos oculos habentē mit  
ti in gebennā ignis. vbi vermis eorū non  
morit̄ et ignis nō extinguit̄. **O**m̄is enī vi  
ctima igne salietur et om̄is victima sale sa  
lietur. **Bonum** est sal. **q̄** si sal in sulsum fu  
erit in quo illō condicius. **H**abete in vo  
bis salē: et pacem habete inter vos. **U**  
dete. **D.** ne cōtemnatis vnū ex his pusil  
lis. **D**ico enī vobis: quia angeli eorū in ce  
lis semp̄ vident faciē patris mei q̄ in celis  
est: venit enī filius hoīs saluare quod pie  
rat. **Q**uid vobis videt̄? **S**i fuerint alicui  
centū oues: errauerit vnax̄ eis. **N**onne re  
linquit nonagintanouē in montē vadit  
querere eam q̄ errauerat. **E**t si cōtigerit vt  
inueniat eā. **A**men dico vobis. **q̄** gaudet  
sup̄ eam magis. **q̄** super nonagintanouē  
que nō errauerūt. **S**ic nō est voluntas an  
te patrē vestrū qui in celis est: vt peat vnus  
de pusillis istis.

## De correptione fra terna. **D.** xvij. **L.** xvij.

**C**apitulum. lxxvi.  
**A**tendite vobis si. **D.** autē pec  
cauerit in te frater tuus. **V**ade et  
corripe. increpa. **L.** illū inter **D.**  
te et ip̄m solum. **S**i audierit te et peniten  
tiam. **L.** egerit. dimitte illi. lucratus. **D.**  
es fratrē tuum. **E**t. **L.** si septies in die pec  
cauerit in te: septies in die ad te cōuersus  
fuerit dicens penitet me dimitte illi. **S**i  
**D.** autē non te audierit adhibe tecū ad  
huc vnū v̄l duos vt in ore duorū testiū  
vel trium stet om̄e verbum. **q̄** si nō audie  
rit eos dic ecclesie. **S**i autē ecclesiam nō  
audierit sit tibi sicut ethnicus et publica  
nus. **A**men dico vobis quecūq̄ alligaueris  
sup̄ terram. erunt ligata et in celis et  
quecūq̄ solueritis sup̄ terrā erunt solu

ta et in celis. **I**terū dico vobis quia si duo  
ex vobis cōsenserint super terrā de om̄i re  
quamcūq̄ petierint / fiet illis a patre meo  
qui in celis est. vbi enim sunt duo vel tres  
cōgregati in nomine meo ibi sum in me  
dio eorū. **T**unc accedēs **P**etrus ad eum  
dixit **D**omine quoties peccabit in me fra  
ter meus et dimittā illi. **V**sq̄ septies. **D**i  
xit illi **J**esus. **N**ō dico tibi v̄l q̄ septies s̄  
v̄lq̄ septuagies septies.

## De seruo nequam

cui oē debitū dimissum fuerat. **D.** xvij.  
**C**apitulum. lxxvi.

**D**eo assimilātū est regnum celoꝝ  
homini regi qui voluit rationem  
ponere cum seruis suis. **E**t cum  
cepisset rationem ponere oblatus est ei vn̄  
qui debebat decē milia talenta. **T**um au  
tem nō haberet vnde redderet. iussit eum  
domin̄ venūdari et vxorē eius et filios et  
om̄ia que habebat et reddi. **P**rocidēs au  
tem seruus ille rogabat eum dicens. **P**atien  
tiam habe in me et om̄ia reddā tibi. **D**i  
sertus autē domin̄ serui illi. dimisit eū.  
et debitum dimisit ei. **E**gressus autē ser  
uus ille inuenit vnū de cōseruis suis qui  
debebat centū denarios et tenens suffoca  
bat eum dicens. **R**edde quod debes. **E**t p̄  
cidens cōseruus eius rogabat eū dicens.  
**P**atientiā habe in me et om̄ia reddā tibi.  
**I**lle autē noluit sed abiit et misit eū in car  
cerē donec redderet debitū. **V**identes au  
tem cōserui eius que fiebāt tristati sunt  
valde. et venerunt et narrauerūt domino  
suo om̄ia que facta fuerāt. **T**unc voca  
uit illum domin̄ suus et ait illi. **S**erue ne  
quā om̄e debitū dimisi tibi quoniā roga  
sti me. **N**onne ergo oportuit et te misereri  
cōserui tui sicut et ego tui misertus sum?  
**E**t iratus domin̄ eius tradidit eū tortori  
bus quoad v̄lq̄ redderet vn̄uersum debi  
tum. **S**ic et pater meus celestis faciet vo  
bis si nō remiseritis vn̄usquisq̄ fratri suo  
de cordibus vestris.

## De illo qui eiciebat demonia et nō sequebat̄ christū. **R.** ix. **L.** ix. **C**apitulum. lxxvij.

**R**espondens. **L.** autē illi. **R.** **J**o  
hannes dixit. **P**receptor. **L.** ma  
gister. **R.** vidimus quendam in no  
mine tuo eicientē demonia et phibum?

## Unum ex quatuor

eum quia nō sequit̄ te nobiscū. Et ait ad illos Iesus. Nolite prohibere. Nemo est qui faciat virtutē in nomine meo et possit cito male loqui de me. Qui. **R.** Leni nō est aduersum vos p nob est. Quisq̄s **R.** vobis potū dederit calicē aque frigide in nomine meo quia christi estis. Amē dico vobis nō perdet mercedē suam.

### De aduentu christi

in fines iudee et q̄ discipuli nō timeāt eos qui occidūt corpus nec vult christus diuīdere hereditatē. **H.** xvij. et supra. **R.** **L.** xij.

Capitulum. lxxvij.

**A.** **L.** factū. **L.** est cū consummasset sermones istos Iesus inde exurgens et migravit. **H.** a galilea venit in fines iudee trans iordanē et secute sunt eum turbe multe. Et cōuenērunt Riteruz turbe ad eum et curauit. **H.** eos ibi et. **L.** sicut consueuerat iterū docebat eos. **M.** ultis autē turbis circumstātib⁹ ita vt se inuicē conculcarēt cepit dicere ad discipulos suos. Attēdite a fermento phariseorū quod est ypocrisis. Nihil autem opertū est quod nō reueletur neq̄ absconditum quod nō sciatur quoniā que in tenebris dixistis. in lumine dicētur et quod in aure locuti estis in cubilib⁹. predicabitur in tectis. Dico autē vobis amicis meis ne terreamini ab his qui occidūt corp⁹ et post hoc nō habent amplius quid faciunt. **O.** stēdam autem vobis quē timeatis timere eum qui postq̄ occiderit habet potestātē mittere in gehennā. Ita vobis dico hunc timere. Nonne quinq̄ passerēs venciūt asse. **H.** di pondio. **L.** et vnus in illis nō est in oblivione corā deo non. **H.** cadit. **R.** in terrā sine patris vestri voluntate. **S.** et capilli capitis vestri omēs numerati sunt. Nolite ergo timere multis passeribus meliores. **H.** pluris. **L.** estis vos. dico. **I.** autē. **H.** vobis quicūq̄ me confessus fuerit coram hominib⁹. et filius hominis confitebit̄ eum coram angelis dei. Qui autē negauerit me corā hominibus denegabit̄ coram angelis dei. Et omnis qui dicit verbū in filiū hominis remittetur illi. Si autē in spiritū sanctū blasphemauerit nō remittetur ei. Cum autē inducent vos in synagogas et ad magistratus et potestates nolite solliciti esse qualit̄ aut

quid respondeatis aut quid dicatis. spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora quid oporteat vos dicere. Ait autē illi quidā de turba. Magister dic fratri meo. vt diuidat mecum hereditatē. Et dixit ei homo quis me constituit iudicē et diuisorem sup vos. Dixitq̄ ad illos. Videte et caute ab omni auaricia quia nō in abundantia cuiusq̄ vita ei⁹ est ex his que possidet.

### De diuitie habentibus

te fructū abundantia et ne discipuli solliciti sint. **Luce.** xij.

Capitulum. lxxvij.

**D.** Ixit autem similitudinē ad illos dicens hominis cuiusdā diuitis vberes fructus ager attulit et cogitabat intra sedicens qd faciam q̄ nō habeo quo cōgregem fructus meos. Et dixitq̄ hoc faciam. destruam horrea mea et maiora faciam. et illuc cōgregabo omnia que nata sunt mihi et bona mea. et dica. anime mee. Anima mea habes multa bona posita in annos plurimos. requiesce comede bibe epulare. Dixit autem illi deus. stulte hac nocte repētent animā tuam a te. que autē parasti cuius erūt. Sic est qui sibi thesaurizat et nō est in deū diues. dixitq̄ ad discipulos suos. Ideo dico vobis. Nolite solliciti esse anime vestre quid manducetis neq̄ corpori vestro quid vestiamini. Anima enim plus est q̄ esca. et corp⁹ plus q̄ vestimētum. Considerate coruos quia nō semināt neq̄ metunt. q̄bus non est cellariū neq̄ horreū et deus pascit illos. quātomagis vos estis pluris illis. Quis autem vestrū cogitās potest ad staturam suam adijcere cubicū vnus. Si ergo neq̄ quod minimū est potestis quid de ceteris solliciti estis. Considerate lilia agri quomodo crescunt non laborant. neq̄ nent. Dico autē vobis. quia nec Salomon in omni gloria sua vestiebat sicut vnū ex istis. Si autē fenum quod hodie in agro est et cras in clibanū mittit̄ deus sic vestit. quātomagis vos pusille fidei. Et vos nolite querere quid manducetis aut quid bibatis. nolite in sublime tolli. **Hec enī om̄s**

Multa que hic ponuntur posita sunt supra sententia vel et in verbis in sermone in monte.

## Monotesseron siue

nia gentes mudi querunt. pater autē vester scit quoniam his indigetis. Veruntamen primū querite regnū dei: hec omnia adhiēnt vobis. Nolite timere pusillus gregeq; complacuit patri vestro vobis dare regnū. Vendite que possidetis / et date elemosynam. Facite vobis sacculos / qui nō vere rascunt. thesaurū non deficientē in celis / quo fur nō appropriat. neq; tinea corrumpt. Ubi enī thesaurus vester est vbi et cor vestrū erit. Dicebat autē ad turbas. Cum videritis nubem orientē ab occasu statim dicitis. nimbū venit: ita fit. Et cum austrum stāte: dicitis quia estas erit: ita fit. Ipocrite faciem celi et terre nōstis probare: hoc autē tempus quomodo nō probatis? Quid autē et a vobis ipsis non iudicatis quod iustū est? Cum autē vadis euz aduersario ad principē in via da operam liberari ab illo: ne forte trahat te apud iudicem. et iudex tradat te extractori: extractor mittat te in carcerem. Dico tibi: quia non exies inde: donec etiam nouissimū minutum reddas.

### De galileis occisis et de ficulnea. Luce. xiiij.

Capitulum. xc.

**A**derant autē quidā illo tēpore nūciantes illi de galileis quorū sanguinē Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum. Et respondēs dixit illis. Putatis quod hi galilei pro omnibus galileis peccatores fuerūt quia talia passi sunt? Non. Dico vobis: sed nisi penitentiā egeritis. similiter omnes pibitis. Sicut et illi. xvij. super quos cecidit turris in syloe et occidit eos. Putatis quia et ipsi debitores fuerunt pro omnibus hominibus habitantes in hierusalem? Non. Dico vobis: sed si non penitentiā egeritis omnes similiter pibitis. Dicebat autē hanc similitudinē. Arborē ficī habebat quidā plantatā in vinea sua: et venit querēs fructus in illa: nō inuenit. Dixit autē ad cultorē vinee. Ecce anni tres sunt ex quo veni querens fructū in ficulnea hac. et nō inuenio. Succide ergo illam: ut quid etiā terrā occupat? At ille respondēs dixit illi. Domine dimitte illā et hoc anno vsq; dum fodiā circa illam et mittam stercora. et si quidem fecerit fructū bene. Sin autē in futurū succides eam.

### De muliere incuruata. L. xiiij.

Capitulum. xcj.

**E**rat autē in synagoga eorum docens sabbatis. Et ecce mulier que habebat spiritū infirmitatis annis decem et octo et erat inclinata nec omnino poterat sursum respicere. Quā cum videret Iesus vocauit ad se et ait illi. Mulier dimissa es ab infirmitate tua: et imposuit illi manus et cōfestim erecta est: et glorificabat deum. Respondens autē archisynagogus indignās / quia sabbato curasset Iesus / dicebat turbes: dies sunt in quibus oportet operari: in his terre nōstis probare: nō in die sabbati. Respondit autē ad illum dominus et dixit. Ipocrite: nūquid quis vestrū sabbato nō soluit bouē suū aut asinum a psepior: ducit ad aquare? Hanc autem filiā abraē quā alligauit sathanas ecce decem et octo annis: nō oportuit solui a vinculo isto in die sabbati? Et cū hec diceret: erubescerāt omnes aduersarij eius: et omnis populus gaudebat in vniuersis que gloriose fiebant ab eo.

### De interrogatōne

indeorū an liceat vxorē dimittere. D. xij. R. c. L. xvi.

Capitulum. xcij.

**E**t accesserūt pharisei tēptantes eum atq; dicentes. Si licet hōi dimittere vxorē quacūq; ex causa? At. R. ille respondēs ait. Quid vobis precepit Moyses? Qui dixerūt. Moyses permisit libellū repudiij scribere et dimittere. Qui. R. respondēs ait illis. Nō legistis quia qui fecit hominē ab initio creature. R. masculū. D. R. et feminā fecit eos deus. Et dixit propter hoc relinquet homo patrē et matrē et adheret vxori suē: et erūt duo in carne vna. Itaq; iam nō sunt duo sed vna caro. Quod ergo deus coniungit homo nō seper. Dicit. R. illi. Quid. D. ergo moyses mādauit dari libellū repudiij et dimittere? At ill. Quoniam. D. R. moyses ad duriciā cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: et scripsit vobis preceptū istud. Ab initio. D. autē nō fuit sic. Et. R. in domo iterū discipuli eius interrogauerūt eū. Et ait illis. Dico. D. autē vobis quia. D. R. quicūq; dimiserit vxorē suam nisi ob fornicatōem. et aliā

## Unum ex quatuor

duxerit mechatur. et. R. adulteriū cōmit-  
tit super eā. et. R. qui I. dimissam a. I. vi-  
ro duxerit mechatur. Et si vxor dimiserit vi-  
rū suum et aliq̄ nupserit mechatur. Dicit̄ D.  
ei discipuli eius. Si ita est causa hominis  
cum vxore non expedit nubere. Qui dixit  
Non omnes capiunt verbū istud sed quibz  
datū est. Sunt enī eunuchi qui de matr̄  
vtero sic nati sunt. Et sunt eunuchi qui  
facti sunt ab hominibz. Et facti sunt eu-  
nuchi qui seipos castrauerūt vel eunuchi  
sauerūt propter regnū celozū. Qui potest  
capere capiat.

### De paruulis obla-

tis. D. xij. R. c. Luc. xviij. Ca. xciij.

**Q**uādo D. oblati. R. sunt ei puuli  
infantes. I. vt. I. t̄geret. R. eos  
et manus. D. imponeret et oraret  
Quod I. cum viderent discipuli increpa-  
bant I. D. illos et cōminabatur. R. offe-  
rētibz. Quos cū vidisset indigne tulit Je-  
sus. I. autē cōuocans illos dixit D. eis  
R. Sinite. D. R. I. puulos venire ad  
me et nolite prohibere eos talī est enī re-  
gnū celozū Et dixit. R. Amen. R. dico  
I. vobis quicūqz nō acceperit regnū vt  
puer nō intrabit in illud. Et complexus  
illos et imposuit manus sup eos benedi-  
cebat illos. Et. D. cū imposuit eis ma-  
nus abiit inde.

### De filio prodigo

L. xv. Capitulū. xciiij.

**E**rant autē appropinq̄ntes ei pu-  
blicani et peccatores vt audirent  
illum. Et murmurabant scribe et  
pharisei dicētes / quia hic peccatores reci-  
pit et manducat cum illis. Et ait ad illos  
pabolam istam dicēs. Quis ex vobis ho-  
mo qui hz centū oues et si perdidit vnā  
ex illis. Nonne dimittit nonagintanouē  
in deserto et vadit ad illā que perierat donec  
inueniat illā. Et cū inuenit illā impo-  
nit in humeros suos gaudēs et veniēs do-  
mū conuocat amicos et vicinos dicēs il-  
lis Congratulamī mibi quia inueni ouē  
meam que perierat. Dico vobis q̄ ita erit  
gaudiū in celo sup vno peccatore penitē-  
tiam agente q̄ sup nonagintanouē iustis  
qui nō indigent penitentia. Aut que mu-  
lier habens dragmas decē et si perdidit

dragmā vnā. Nonne accendit lucernā.  
et euertit domū et querit diligenter donec  
inueniat. Et cū inuenit conuocat amicos  
et vicinos dicēs. Congratulamī mibi  
quia inueni dragmā quam pdideram  
Ita dico vobis gaudiū erit āgelis dei su-  
per vno peccatore penitētiam agente. Ait  
autē. Homo quidā habuit duos filios: et  
dixit adolescentior ex illis patri. Pater da  
mibi portōnē substantie que me cōtingit  
Et diuisit illis substantiam Et nō post ml-  
tos dies cōgregatis omnibus adolescenti-  
bz filius pēgre profectus est in regionem  
longinquā et ibi dissipauit substantiā su-  
am viuendo luxuriose. Et postq̄ omnia cō-  
sumpsisset facta est fames valida in regiōe  
illā et ipse cepit egere et abiit ad hesitvni ci-  
uium regiōis illius et misit illum in villā  
suam vt pasceret porcos. Et cupiebat vē-  
trem suū implere de siliquis / quas porci  
manducabant et nemo illi dabat. In se au-  
tez reuersus dixit Quāti mercenarij in do-  
mo patris mei abūdant panibus: et ego  
hic fame pereō. Surgam et ibo ad patrē  
meū et dicam illi. Pater peccavi in celū et  
corā te. et iam nō sum dignus vocari filius  
tuus: fac me sicut vnū de mercenarijs tuis  
Et surgens venit ad patrē suum. Luz au-  
tem adhuc longe esset. vidit illū pater su-  
us et misericordia motus est. Et occurrēs  
cecidit sup collum eius et osculatus est eū.  
Dixitqz ei filius. Pater peccavi in celum  
et corā te / iam nō sum dignus vocari fili-  
us tuus. Dixit autē pater ad seruos suos Li-  
to pferite stolam primā et induite illū da-  
te an nullū in manu ei et calciamēta in pe-  
des ei et adducite vitulū saginatū et occidi-  
tez manducem et epulemur qz hic fili-  
us mortu- erat et reuixit pierat et inuētus ē  
Et ceperūt epulari. Erat autē fili-  
us eius se-  
nior in agro. Et cum veniret et appropin-  
quaret domui: audiuit symphonīā et cho-  
rum: et vocauit vnū de seruis: et interroga-  
uit que becessent. Iteqz dixit illi Frater tu-  
us venit et occidit pater tu-  
us vitulū sagina-  
tum qz saluū illū recepit. Indignatus est  
autē et nolebat introire. Pater ergo illius  
egressus cepit rogare illū. At ille rēdēs pa-  
tri suo dixit. Ecce tot ānis seruius tibi et nū-  
qz mādātū tuū pteruiz nūqz dedisti mibi  
edūxt cū amicis meis epularer: s; p qz hic  
fili-  
tu- q̄ deuorauit subaz suā cū meretrici

## Monoteiferon sine

bus venit: occidisti illi vitulū saginatum.  
Et ipse dixit illi. Fili tu semper mecū es. et  
omnia mea tua sunt epulari autēz gaude  
re oportebat quia frater tuus hic mortu⁹  
erat z reuixit. perierat z inuentus est.

**De adolefcete que**  
rente quid faciēdo vitā possideret. **D.** xix  
**R.** l. l. xviii.

**Capitulum. lxxv.**

**A**dit **D.** inde **Iesus** et. **R.** cum in  
gressus esset in via: Et ecce. **D.**  
vnus princeps. **L.** p̄currens. **R.**  
et accedens. **D.** genu. **R.** flexo ante eum  
interrogabat. **L.** interrogabat. **R.** illum dis  
cens **Magister.** **D.** bone. **R.** quid. **L.** bo  
ni. **D.** faciendo. **L.** vitam eternā posside  
bo. **D.** Dixit ei **Iesus.** Quid **D.** me interro  
gas de bono? **Unus** est bon⁹ deus **Nemo**  
**R.** l. bonus nisi solus deus. **Si.** **D.** au  
tem vis ad vitam ingredi serua mandata  
precepta **R.** l. nosti? **D.** Dixit **D.** illi **Que**  
**Iesus** autē dixit illi. **Non** **D.** homicidiū  
**R.** l. facies. **Non** adulteraberis. **Non** fa  
cies furtum. **Non** falsum testimoniū di  
ces. **Ne.** **R.** fraudē feceris. **Donora.** **D.**  
**R.** l. patrē tuum z matrē tuam. **D.** Diliges  
**D.** proximū tuum sicut teipm. **D.** Dixit illi  
adolefcens. **Hec.** **D.** omnia. **R.** custodi  
ui. **L.** a iuuentute mea. **Quid.** **D.** adhuc  
mibi deest **Iesus.** **R.** autē intuitus est euz  
dilexit eum. **Quo.** **L.** audito **Iesus** ait.  
**Adhuc** vnū tibi deest. **Si** vis. **D.** perfe  
ctus esse uade et. **D.** vende. **R.** l. omnia  
que habes z da paupibus: z habebis thes  
saurū in celoz veni et sequere me. **Cū** **D.**  
autē audisset adolefcens verbū: contrista  
tus in verbo abiit. **D.** **R.** tristis. **D.** z me  
rens **R.** **Erat.** **D.** **R.** enī habens multas  
possessions. et diues. **L.** valde. **U**idens  
autē **Iesus** tristē fact⁹ ait discipulis. **D.**  
suis. **R.** **Quam.** **R.** l. difficile qui pecu  
niam habēt in regnū dei intrabūt. **Amen**  
**D.** dico vobis: quia diues difficile intrā  
bit in regnū celozū. **D.** discipuli. **R.** autē ob  
stupescēbat in verbis eius. **At** **Iesus** rur  
sus respondēs ait illis. **Filioli** q̄s difficile  
est cōfidētes in pecunijs in regnū dei in  
troire. **Et iterū.** **D.** **Dico** vobis: facilius  
**D.** **R.** l. est camelū per foramē acus trā  
sire q̄s diuitē intrare in regnū celozū. in re  
gnum. **R.** l. dei. **Auditis.** **D.** autē bis

discipuli mirabant valde. **Quidā.** **R.** qui  
**L.** hoc audiebant magis admirabant di  
centes. **D.** **R.** l. ad seipfos. **R.** et. **L.** q̄s  
**D.** potest saluus fieri? **Et intēs.** **R.** **D.**  
illos **Iesus** ait illis. **Apud.** **D.** homines  
hoc impossibile est: sed apud deū omnia  
possibilia sunt: que. **L.** impossibilia sunt  
apud hoīes. possibilia sunt apud deum.

**De interrogatōne**

**Petri** **E**cce nos reliquimus omnia quid er  
go erit nobis **D.** xix. **R.** l. xviii.

**Capitulum. lxxvi.**

**T**unc. **D.** respondēs **Petrus** ce  
pit. **R.** ei dicere. **E**cce. **D.** nos. **R.**  
reliquimus. **D.** omnia z secuti su  
mus te. quid. **D.** ergo erit nobis? **R.** spō  
dens. **R.** **Iesus** ait eis. **L.** Amen. **D.** di  
co vobis q̄ vos qui secuti estis me in rege  
neratiōe cum sederit filius hominis in sede  
maiestatis sue. sedebitis et vos sup sedes  
duodecim iudicantes duodecim tribu isra  
el. **Et omīs** qui reliquerit domū. **R.** l. v  
fratres aut sorozes aut patrē aut matrem  
aut vxorē aut filios aut. **D.** agros. **R.** l.  
propter. **D.** nomen meū. propter. **R.** me  
et propter euangeliū et. **L.** propter regnū  
dei. centuplū. **D.** accipiet multo. **L.** plu  
ra nunc. **R.** in hoc. **L.** tempe domos fra  
tres z sorozes z seet matrē et filios z agros  
cum p̄secutiōibus et. **R.** in seculo futuro  
vitam eternā possidebit. **D.** **D.** **Multi.** **R.**  
**D.** autem primi erūt nouissimi z nouissi  
mi primi.

**De operariis in vi**

**neam** missis. **D.** **Capitulum. lxxvii**  
**S**imile est regnum celozū homini  
patrifamilias qui exiit primo ma  
ne conducere operarios in vineaz  
suam. **Conuentiōe** autē facta cum opera  
rijs et denario diurno misit eos in vineaz  
suam. **Et egressus** circa hozaz tertā vidit  
alios stantes in foro ociosos z dixit illis.  
**I**te z vos in vineam meā et quod iustum  
fuerit dabo vobis: illi autē abierunt. **I**te  
rum autē exiit circa hozam sextā z nonaz  
z fecit similiter. **Circa** vndecimā vero exiit  
et inuenit alios stantes z dicit illis **Quid**  
hic statis tota die ociosi? **D.** dicunt eis: q̄  
nemo nos conduxit **D.** dicit illis **I**te et vos in  
vineā meam. **Cum** sero factum esset dicit

dominus vinee pcuratori suo. Uoca ope-  
rarios et redde illis mercedē incipiēs a no-  
uissimis usque ad primos. Cū venissent er-  
go qui circa undecimā horam venerāt ac-  
ceperūt singulos denarios. Veniētes autē  
et primi arbitrati sunt quod plus essent acce-  
pruri. Acceperunt autē et ipsi singulos de-  
narios. Et accipientes murmurabāt ad-  
uersus patrē familias dicētes. Di nouis-  
simi vna hora fecerūt et pares illos nobis  
fecisti qui portauim⁹ pōdus diei et estus?  
At illē respondens vni eorū dixit. Amice  
non facio tibi iniuriā. Nonne ex denario  
conuenisti mecū? tolle quod tuū est et va-  
de. Volo autē et huic nouissimo dare sicut  
et tibi. Aut nō licet mihi facere quod volo?  
An oculus tuus nequā est. quia ego bonus  
sum. Sic erūt nouissimi primi et pmi no-  
uissimi. Dulci sunt enī vocati. pauci ve-  
ro electi.

**De interrogatōne**  
facta christo si pauci fiant salui et quod hero-  
des querebat eū occidere. **L. xiiij.**

**Capitulum. xviij.**

**E**ibat per ciuitates et castella do-  
cens et iter faciens in hierusalem.  
At autē illi quidam. Domine si  
pauci sunt qui saluantur? Iterū autē dixit  
ad illos. Cōtendite intrare per angustas  
portas quia multi dico vobis querēt intra-  
re et non poterūt. Cum autē intrauerit pa-  
ter familias et clauerit ostiū incipietis fo-  
ris stare et pulsare ostiū dicētes. Domine  
aperi nobis; et respondens dicet vobis. Ne-  
scio vos vnde sitis. Tūc incipietis dicere;  
māducauimus corā te et bibimus et in pla-  
teis nostris docuistis et dicet vobis. Nescio  
vos vnde sitis. Discedite a me omnes opa-  
rij iniquitatis; ibi erit fletus et stridor denti-  
um. Cū videritis abraā et ysaac et iacob et  
omnes prophetas in regno dei; vos autē expel-  
li foras. Et venient ab oriente et occiden-  
te et aquilone et austro et accūbent in regno  
dei. Et ecce sunt nouissimi qui erāt pmi;  
et sunt primi qui erant nouissimi. In ipsa  
autē die accesserunt quidā phariseorū di-  
cētes illi. Et i et vade hinc herodes vult  
te occidere. Et ait illis. Ite et dicite vulpi  
illi. Ecce eijcio demonia et sanitates perfici-  
o hodie et cras et tertia die cōsumor. Ve-  
runtamē oportet me hodie et cras et sequē-  
ti die ambulare quia nō capit pphetam qui

re extra hierusalem.

**De idropico sana-**  
to et de exhortatōne christi ad humilita-  
tem. **L. xiiij.**

**Capitulum. xcix.**

**E** factū est cum intraret in domū  
cuiusdā principis phariseorū sab-  
bato manducare panem. et ipsi ob-  
seruabāt eū. Et ecce hō quidā ydropicus  
erat ante illum. Et respondens Iesus dixit  
ad legisperitos et phariseos dicens. Si li-  
cet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse  
vero apprehensum sanauit eum ac dimi-  
sit. Et respondens ad illos dixit. Cui⁹ ve-  
strum asinus aut bos in puteū cadet et nō  
cōtinuo extrahet illū die sabbati? Et nō  
poterant ad hoc respondere illi. Dicebat  
autē et ad inuitatos parabolā intendens  
quomodo pmos accubit eligerēt dicens  
ad illos. Cum inuitatus fueris ad nuptias  
non discumbas in pmo loco ne forte ho-  
noratior te sit inuitatus ab illo. et veniēs  
qui te et illū vocauit dicat tibi. Da huic  
locum et tūc incipias cum rubore nouissi-  
mū locum tenere. Sed cum vocatus fue-  
ris vade et recumbe in nouissimo loco vt  
cum venit qui te inuitauit dicat tibi. Ami-  
ce ascende superius tūc erit tibi gloria co-  
ram simul discumbētibus. quia omnis qui  
se exaltat humiliabitur; et qui se humiliat  
exaltabitur.

**De vocandis pau-**  
peribus ad conuiuū et parabola de cena  
magna. **L. xiiij. Capitulum. c.**

**D**icebat autē et ei qui se inuitaue-  
rat. Cum facis prandii aut cenā  
noli vocare amicos tuos neque fra-  
tres tuos. neque cognatos neque vicinos di-  
uites ne forte et ipsi te reuident et fiat ti-  
bi retributio. Sed cū facis conuiuū vo-  
ca paupes debiles claudos cecos et beat⁹  
eris quia nō habent retri-  
buere tibi. retribuetur enī  
tibi in resurrectōne iusto-  
rum. **Hec cum audisset**  
quidam de simul discum-  
bentibus dixit illi. **Bea-**  
tus qui manducat panē  
in reg⁹ dei. **At ipse dixit. Hō**  
quidā fecit cenā magnā et  
vocauit multos. **Et misit**

**Si fuerit**  
hec eadē pa-  
bola cui ista  
quod ponit in-  
fra. **Mathei**  
vicesimo scdo  
capitulo gre-  
gorius relin-  
quit sub du-  
bio dices quod

seruū suum hora cene di-  
cere inuitatis vt venirent  
quia iā parata sunt omnia  
Et ceperūt simul omnes  
se excusare. Primus dixit  
illi. Villam emi ⁊ necesse  
habeo exire ⁊ videre illā/  
rogo te habe me excusatū.  
Et alter dixit. Juga boū  
emi quinq; et eo probare  
illa. rogo te habe me excusatū. Et alius  
dixit. Uxorē duxi et ideo nō possum veni-  
re. Et reuersus seru⁹ nūciauit hec domio  
suo. Tunc iratus paterfamilias dixit ser-  
uo suo. Exi cito in plateas ⁊ vicōs ciuita-  
tis et paupes ⁊ debiles cecos ⁊ claudos in-  
troduc huc. Et ait seruus. Dñe factus est  
vt imperasti. ⁊ adhuc locus est. Et ait do-  
min⁹ seruo. Exi in vias et sepes ⁊ cōpelle  
intrare vt impleat domus mea. Dico au-  
tem vobis q; nemo virozū illorū qui voca-  
ti sunt gustabit cenam meā.

maulte alle  
no intellectu  
vel sensui ce-  
dere q; con-  
tentōni des-  
seruire. et  
dat modum  
cōcordādi si  
dicatur ea-  
dem vidē.

**De villico iniqui-  
tatis. l. xvi.**

Capitulum. cii:

**D**icebat autē ⁊ ad discipulos suos  
Domo quidā erat diues: qui ha-  
bebat villicū ⁊ hic diffamatus est  
apud illū: quasi dissipasset bona ipsius; ⁊  
vocauit illum ⁊ ait illi, quid hoc audio de  
te? Redde ratōnem villicatōnis tue. Jam  
enī non poteris vltra villicare. Ait autē  
villicus intra se; qd faciā quia domin⁹ me-  
us aufert a me villicatōem? Fodere nō va-  
leo: mendicare erubescō. Scio quid faci-  
am: vt cū amotus fuero a villicatōne reci-  
pian me in domos suas. Cōuocatis au-  
tem singulis debitorib⁹ domini sui dice-  
bat primo; quantū debes domino meo?  
Ait ille dixit; centū cados olei. Dixitq; il-  
li. Accipe cautōnem tuā ⁊ sede cito scribe  
quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero  
quatū debes? Qui ait. Centū choros tri-  
tici. Ait illi. Accipe literas tuas/ et scribe  
octoginta. Et laudauit domin⁹ villicum  
iniquitatis/ quia prudēter fecisset: quia fi-  
liū huius seculi prudētiores filijs lucis in  
generatōne sua sunt. Et ego vobis dico.  
Facite vobis amicos de māmōna iniqui-  
tatis: vt cum defeceritis. recipiant vos in  
eterna tabernacula. Qui fidelis est in mi-  
nimo. ⁊ in maiori fidelis est: ⁊ qui in mo-  
dico iniqu⁹ est/ et in maiori iniquus est.  
Si ergo in iniquo māmōna fideles non  
fuitis: quod vestrū est quis credet vobis?  
Eti in alieno fideles nō fuitis: quod ve-  
strū est. quis dabit vobis? Nemo seruus  
potest duobus dominis fuisse: aut enim  
vnū odiet ⁊ alterū diliger; aut vni adhere-  
bit ⁊ alterum cōtemnet. Nō potestis deo  
seruire ⁊ māmōne. Audiebāt autem om-  
nia hec pharisei qui erant auari: et deride-  
bāt illum. Et ait illis. Vos estis qui iusti-  
ficatis vos corā hominib⁹. Deus autem  
nouit corda vestra: quia quod hominib⁹  
altū est abominatō est apud deum. Lex ⁊  
prophete vsq; ad Johannē. Et eo regnū  
dei euangelisat⁹ et omīs in illud vim facit.  
Facilius est enī celum ⁊ terrā preterire q;  
de lege vnū apicem cadere. Omnis qui  
dimittit uxorem suam ⁊ ducit alterā; me-  
chatur: et qui dimissam a viro ducit me-  
chatur.

Sequitur. ciiij. capitulū.

**De odiendis parē-  
tibus propter christū. l. xiiij.**

Capitulum. ci.

**E**rant autē turbe multe cū eo ⁊ cō-  
uersus dixit ad illos. Si quis ve-  
nit ad me et nō odit patrē suum ⁊  
matrē et uxore ⁊ filios ⁊ fratres et sorores  
adhuc autē ⁊ animā suā non potest meus  
esse discipulus. Et qui nō baiulat cruce  
suam ⁊ venit post me/ nō potest meus esse  
discipulus. Quis enī ex vobis volēs tur-  
rim edificare. Nōne prius sedens cōpu-  
tat sumptus qui necessarij sunt si habeat  
ad perficiēdū/ ne postea q; posuerint fun-  
